

## Band II., Nr. 478, Seite 290-291

*Kaiser Heinrich VI. erlaubt seinen Dienstleuten, von ihrem beweglichen und unbeweglichen Gut an das Kloster Bebenhausen um ihrer Seelen Heil willen zu schenken.*

Gelnhausen, 1193. Mai 28.

Henricus sextus, divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Ad eterne vite beatum premium et regni temporalis magnum incrementum apud regem regum omnium nobis profuturum non ambigimus, si ecclesiarum dei et virorum relligiosorum profectibus et commodis propensius intenderimus. Notum itaque fieri volumus universis imperii nostri fidelibus, tam futuris quam presentibus, paginam presentem intuentibus, quod nos intuitu divine retributionis fidelibus nostris, venerabilibus viris, abbati sancte Marie in Bebenhusen suisque fratribus et ecclesie, imperiali liberalitate concessimus, ut, si quis nostrorum ministerialium, clericorum, laicorum ceterorumque omnium utriusque sexus Christi fidelium cuiuscumque conditionis, aliqua de rebus suis, mobilibus sive immobilibus, prefate ecclesie conferre pro anime sue remedio proposuerit, hoc faciendi habeat facultatem. Statuimus itaque et imperiali edicto firmiter precipimus, ut nulla umquam persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, hanc nostre munificentie concessionem presumat infringere, vel ei ausu temerario attemptet contraire. Quod quicumque facere attemptaverit, gravem nostre maiestatis indignationem et iustam eterni iudicis se noverit incursum. Ut itaque hec nostre munificentie libera concessio rata perpetuo et inviolata possit observari, presentem exinde paginam conscribi et nostre maiestatis sigillo precepimus communiri.

Datum apud Geilenhusen, anno dominice incarnationis MCXCIII., indictione XI., V. kalendas Iunii.

Der Textabdruck folgt dem Original.

An roter Seidenschnur hängt noch die Hälfte des kaiserlichen Majestätssiegels von bräunlich-rottem Wachs. Die Umschrift lautet: HEINRICus DeI GRatiA ROMAN . . . . . TVS.

Deutsche Übersetzung aus dem 15. Jahrhundert im *Copeibüchlein* Nr. II des Klosters Bebenhausen, S. 4, im Hauptstaatsarchiv Stuttgart.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

H 51 U 20

**Überlieferung und Textkritik:**

Abschrift in der Urkunde K. Karls V. von 1551: HStA Stuttgart A 474 Bü 7, S. 5-6; Abschrift im Copeibüchlein HStA S H 14/15, Nr. 24.

**Editionen:**

MARTIN CRUSIUS: *Annales Suevici sive chronica rerum gestarum antiquissimae et inclytae Suevicae gentis [...]*, 3 Bde., Frankfurt am Main 1595-96, Bd. 2, Nr. 12, Kap. 2, S. 512. Besold: *Documenta rediviva*, Bd. 1, Bebenhausen Nr. 5, S. 364. FRANZ PETRUS: *Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...]*, Augsburg 1699, S. 129.

**Regesten:**

THEODOR TOECHE: *Kaiser Heinrich VI.*, Leipzig 1867 (*Jahrbücher der deutschen Geschichte*, 16). [Zuvor lat.: *De Henrico VI. Romanorum imperatore, Normannorum regnum sibi vindicante*, Berlin 1860], Nr. 235. Stumpf-Brentano: *Reichskanzler*, Bd. 2, Nr. 4817. *Regesta Imperii* Abt. 4, Bd. 3,1, S. 122, Nr. 300.

**Literatur:**

PETER CSENDES: *Die Schreiber der Kanzlei Kaiser Heinrichs VI.*, Wien 1968 [ms., Institut für Österreichische Geschichte], S. 55; Zinsmaier: *Urkunden Philipps von Schwaben und Ottos IV.*, S. 50.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Gelnhausen

**Ortsindex:**

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, Tü

Gelnhausen, MKK